et tenebitur Leg. actoris florenos ad eadem omnia inscribi et obliga-
704 tionem Illum Venerabilem per eum concessionis et alios omnes
exinde consequentes Causa reponi Concludant reliqua exponi

Brzezinski Ro. Præbendario ad Aedes Ecclæ Tituli S. Clementis in Villa Pietraszowka Censum annuum inscribit

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castren. Capitan. Premislien. Generosus Albertus Sigismundus Brzezinski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus jurisdictionibus eorundemque quibusvis propriis et competentibus recedens Ingressusque Castren. Capitan. Premislien. Jurisdictionem quo ad actum præsentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter exponendo et incorporando eique subjiciens palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse satisfaciendo intentioni et propositio Generosi olim Valeriani Kozarski Genero Sui Summam Trium Millium florenorum pol. quam idem Generosus olim Kozarski penes se Recognitam propriis operibus in expiationem peccatorum animæ Suæ per se Recognitam con- testens applicandam et assecurandam reliquerat in et super bonis suis infra- scriptis hæreditariis Villæ totius et integræ Pietraszowka in Palatinatu Rus- siæ Districtu Premisliensi existentibus Cum omni Jure dominio proprietate omnibusque et singulis præfatorum bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis emolumentis obventionibus agris pratis campis pa- scuis hortis pomariis Sylvis gajis rubetis borris nemoribus Vepretis indaginibus Virgultis Sagmis lacubus paludibus piscinis magnis et parvis fluviis fluminibus torrentibus aquarum decursibus Stru- cturis ædificiis Molendinis Tabernis Subditis Gruntibus

Hortolanis Inquilinis eorumq Laboribus Censibus Dationibus Vectu- ...

rarijs Offitijs et obsequijs quibusvis attinentijsq et pertinentijs ge-

neraliter universis Nullis penitus exceptis neque pro se Reco-

gnoscente Suisq Successoribus et bonorum praefatorum haeredibus et

Possessoribus aut alijs quoquam reservatis Verum prout praefata

bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat

ipsumq concernebant ac eius serviebant Jam exnunc et defacto

Reverendo in Christo Patri aut ipso Superstite Praebenda-

rio per se Recognoscentem instituta nunc et pro tempore exi-

stenti Altaris Tituli Beatissimae Virginis Mariae ad Al-

dem Ecclesiae Collegiatae Sancti Clementis in Godiwa Villa Pietra-

szowka Situatae locavit assecuravit et inscripsit perpetuo in

Vim tamen Redemptionis alias na Wyderkaff prout praesentibus locat

inscribit et assecurat inscribendo et obligando se suosq Successores

atq bonorum praedictorum Villae Pietraszowka haeredes et possessores

Suaq bona sua generaliter omnibus a Summa Separata Capi-

tali Trium Millium florenorum proventibusq bonorum memora-

torum Summa eadem Capitali atq Censu infrascripto oneratis Cen-

sum annuum nempe Ducentos et Decem florenos Polonicales

— a Centum per Septem florenos Polonicales computando annuatim pro

quolibet festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli Quem quidem

Censum eundem annualis solvere solutionis a die et

festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno proxime

Venturo capere debet mediante quietatione manuali eiusdem

Stipendarij instituendi nunc et pro tempore existentis ad

manus ipsius daturum et soluturum atq per personam

1766 Nuntium suum in residentiam ejusdem transmissurum Idq. sub Va
dio Census annualis videlicet Ducentorum et Decem Florenorum
Polonicalium Correspondent per praefatum Recognoscentem ejusq. Suc-
cessores ac bonorum praedictorum haeredes et possessores supradicto
Reverendo Praebendario nunc et pro tempore existenti ob non
solutionem supradicti Census annualis pro tempore et loco supra
expressis ad solvendum succumbent. In quae quidem bona praefata Sum-
ma principali atque Censu eodem onerata jam exnunc eide-
facto idem Recognoscens Generosus Brzezinski praefato Reverendo
Praebendario nunc et pro tempore existenti coram Officio praesenti
dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamq. pos-
sessionem per Ministerialem quemcunq. Competentem et Nobiles
duos vel quemcunq. voluerint Officiose accipiendam per praefatum
Reverendum Praebendarium ejusq. Successores nunc et pro tem-
pore existentem bona praefata Summa supradicta Capitali
atq. Censu eodem onerata tenendi habendi et possidendi
illorumq. quiete et pacifice utifruendi ad usumq. suum et praefatorum
Successorum quovis bene placitos libere et effectualiter con-
vertendi interpositionis praesentis vigore. Debet et te-
nebitur praenominatus Recognoscens Generosus Brze-
zinski pro se ac suis Successoribus et bonorum praefa-
torum haeredes et Possessores in et super bonis suis
generaliter omnibus Summisq. pecuniariis quibusvis
habitis et habendis praefato Reverendo Praebenda-
rio nunc et pro tempore existenti inscribit et obligat praesens

ipsum et eius Succedaneum nunc et pro tempore exist.
in dictis bonis modo praefato Summa supradicta Capitali ac
Censu eodem oneratis et ratione eorundem omnium ab
omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum
cuiuscunque Conditionis Status et Sexus eiusvis existent.
exonerando in omni Judicio et Officio Regni semper tueb.
quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere
et eliberare indemnemque et eius Succedaneum nunc et pro
tempore existent. reddere. Nec non haec eadem bona ab
omnibus in genere iuribus et inscriptionibus privatis et
pertinentibus super eadem bona cuius Personae vero
modo quocunque factis et faciendis tum etiam a qui-
buscunque Citationibus in eadem bona Summa Capitali et
Censu eodem onerat. importatis et importandis Terminis
denique et Servitutis Processibus iuris quibuscunque
in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus et
in quovis Judicio et Officio Regni obtentis et obti-
nendis ac super praemissis bonis perductis et per-
ducendis evincendis et eliberare mandaque et libera
semper facere ac etiam Intromissionem praefatam coram
Officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum
Summa suprascripta Capitali ac Censu eodem an-
nuali Oneratorum dum per Ministerialem et No-

bilis Officiose requiretur non denegare modo debebit et tene

760 bitur eandem libere dare et effectualiter admittere

admissaq et data eadem possessionem et usumfructum sub

missionem earum quovis modo nec per se nec per suas

quasvis submissas et subordinatas Personas non im

pedire nec adimere praefatumq Reverendum Praebendarium

nunc et pro tempore existentem in praemissis omnibus

ullo modo non turbari ita ut eadem bona summa

praescripta Capitali et Censu annuali memorato onerata

idem Reverendus Praebendarius per eundem Recognoscentem

inscriptam eiusq Successores nunc et pro tempore existens

quiete et pacifice Inscriptionis praesentis Vigore tenere ha

bere et possidere queant. Idq sub simili Vadio Sum

mae supradicta Capitali Octuam Millium florenorum po

lonicalium correspondente et per eundem Recognoscentem

Generosum Boncinski sive eius Posteros Vel bonorum

praefatorum haeredes et Possessores praefato Reverendo

Praebendario per eundem Recognitum Inscriptum eiusq

Successori nunc et pro tempore existenti ob non Com

pletionem praemissorum omnium et singulorum tam

in parte quam in toto toties quoties opus fuerit

ad solvendum succumbentes. In quibus quidem

Vadio vel Vadijs modo praemisso ad Soluendum Suc:

cubitis aere aliqua principali ex praemissis non

Completa complenda Praeses existens memoratus

Recognoscens Generosus Albertus Sigismundus Brze

zinski Sive eius Successores vel bonorum praefa:

torum haeredes et possessores Ad Instantiam Reue:

rendi Praebendarij per eundem Recognitem instituendi

Sive eius Succedaneorum nunc et pro tempore e:

xistentium Ad Officium praesens Castren Capi:

taneale Premisliense Semel tantum Recessu Supra:

scripto quo ad respondendum Spectat Redeunte

Semper in primo Terminis termino tanquam perem:

ptorio Stare comparere respondere Vadium vel Va:

dia praetacita luere inscriptioni praesenti Satisfa:

cere ac omne inductum pati debebit et tenebitur

Se ac suos Successores et bonorum praefatorum hae:

redes et possessores ad eadem omnia in Scribit

et obligat praesentibus Illum primum Terminum

peremptorium ut et alios omnes exinde consequen

tes Causas eiusdem terminos Semper peremptori:

es vera infirmitate pro maiori ministerio et ...

710 Successorum Legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Quaestorem vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praefatam ultraproximos Officy praefati Castrensis Capitanealis Premislien. Terminos dilationem sibi non recipiendo Nullitatis Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel Amplicatis exactionibus suspensionibus fatalys iuris Amplicatis exactionibus Suspensionibus fatalys iuris praescriptione Terrestri bello Convictione cum et alys quibusvis iuris remedys et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hoc sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Sequitur Actus Feria Tertia post Dominicam Misericordias proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto.

L. 3